

RITUALE
DELLA
Pia Società San Paolo.

**Rituale
della Pia Società San Paolo.**

J.M.J.P.

RITUALE
della
Pia Società San Paolo

PER L'ACCETTAZIONE NEI SERVI DI MARIA

PER LA VESTIZIONE RELIGIOSA

PER L'EMISSIONE DEI VOTI

ALBA — 1929
PIA SOCIETA' SAN PAOLO

**Rituale per l'accettazione
nei Servi di Maria.**

*Si fa l'esposizione privata del SS. Sacramento.
I giovani si dispongono nei primi
banchi. Si canta il «Veni Creator ».*

HYMNUS.

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quae tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternae dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sénsibus:
Infunde amorem cordibus:
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te prævio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,

Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In saeculorum saecula. Amen.

V) Emitte Spiritum tuum et creabuntur.
R) Et renovabis faciem terrae.

OREMUS.

Deus, qui hodierna die corda fidelium
Sancti Spiritus illustratione docuisti: da
nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de
ejus semper consolatione gaudere. Per
Dominum... in unitate ejusdem...
R) Amen.

*Quindi il Padre Maestro siede in cornu
Epistolae. I giovani entrano in presbiterio,
fanno genuflessione e stanno in piedi con
divozione ed in spirito di profonda umiltà.
Uno legge la supplica:*

Reverendissime Pater,

Dominus, Pater misericordiarum et Deus
totius consolationis, suscitans a terra inopem
et de stercore erigens pauperem, inanitatem
nostram respexit et de mundo, qui in tenebris
et in peccato est, nos elegit, et in sortem
suam vocavit. Vitam perfectam amplecti
cupientes et ad ministerium nosmetipsos
consecraturi, a te confidenter et humillime
postulamus ut nos recipere digneris et admittere

inter filios tuos, qui novitiorum more
Piae Societatis a Sancto Paulo aguntur,
perfectam devotionem erga B. Virginem
profitentur, ejus effecti mancipia et «Servi Mariae
Reginae Apostolorum» vocantur. In manus
tuas, Pater, spiritum nostrum et voluntatem
totam promittimus in Domino credituros.

Il Padre risponde:

Filioli, Domino gratias agite, qui fecit
vobiscum misericordiam magnam. Sed attente
pensate gratiam quam postulatis sicut modo
geniti infantes ad nutum ejus, qui, Divini
Magistri loco, vobis Magister erit, voluntatem
vestram disponere debebitis, infenso hosti,
mundo et vobis ipsis renuntiantes, ut evangelica
consilia, ad quae Deus dilectissimos
suos vocat, observetis; instare in oratione
exercere vos ad pietatem, profiteri virtutem
diligere abnegationem, vester erit labor:
sicut magister S. Ignatius in libro exercitiorum
describit. Beatissimam Virginem peculiari
affectu, ut Matrem diligere et perfecta devotione
excolere, quam ejus percaro filio, B.
Aloisio M. Grignion de Montfort revelavit,
vestrum erit munus praecipuum.

Filioli, quantum in vobis est, prompti estis
ad haec omnia?

Risponde il lettore:

Pater, Divino Magistro et B. Virgine Matre
nostra et Sancto Paulo Apostolo adjvantibus,
sincera et plena voluntate, prompti
sumus in Domino.

Il Padre aggiunge:

Et ego vos recipio inter «Servos Mariae
Reginae Apostolorum», Novitios Piae
Societatis S. Pauli. Estote fideles.

Tutti rispondono:

Deo gratias!

*Quindi tutti si inginocchiano e si recita il
Salmo 83.*

Ant. Beati qui habitant in domo tua,
Domine.

SALMO 83.

Quam dilecta tabernacula tua Domine
virtutum: * concupiscit, et deficit anima mea in
atria Domini.

Cor meum, et caro mea * exultaverunt in
Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum: *et
turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum: * Rex meus,
et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine: *
in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te:
ascensiones in corde suo disposuit, in valle
lacrymarum in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator,
ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus
deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem
meam: * auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noster aspice, Deus: * et respice
in faciem Christi tui:

Quia melior est dies una in atriis tuis *
super milia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: *
magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, et veritatem diligit
Deus: * gratiam, et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in
innocentia: * Domine virtutum, beatus homo,
qui sperat in te.

Gloria Patri etc.

Ant. Beati qui habitant in domo tua,
Domine.

Finito il Salmo si recitano i responsori:

V) Jesu Magister, Via, Veritas et Vita.

R) Miserere nobis.

V) O Maria, Regina Apostolorum.

R) Ora pro nobis et pro proeli apostolatu.

V) Sancte Paule Apostole, protector
noster.

R) Ora pro nobis et pro proeli apostolatu.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi
commissum pietate superna, illumina,
custodi, rege, guberna. Amen

V) Beati mundo corde.

R) Quoniam ipsi Deum videburunt.

V) Christus factus est oboediens usque ad
mortem.

R) Et per ejus oboeditionem justi
constituti sunt multi.

V) Thesaurizate vobis thesaurum in coelis.

R) Ubi neque aerugo, neque tinea demoliuntur.

V) Quemadmodum desiderat cervus ad fontem aquarum.

R) Ita desiderat anima mea ad te, Deus.

V) Qui facit voluntatem Patris mei, qui in coelis est.

R) Magnus vocabitur in regno coelorum.

Sopra l'altare sono posti: una corona con medaglia, una immagine della Regina degli Apostoli, il libro degli Esercizi di S. Ignazio, il trattato della vera divozione a Maria SS. del B. Grignion de Montfort. Il Padre li benedice.

V) Adiutorium nostrum in Nomine Domini.

R) Qui fecit coelum et terram.

V) Dominus vobiscum.

R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui imaginem tuam imprimi non dedignas ut in cordibus nostris imprimaris, qui discipulos tuos orare docuisti, oramus immensam clementiam tuam ut haec signa rosarii et haec numismata in honorem et laudem Genitricis tuae bene+dicare et sanctificare digneris, et orationem servorum tuorum suscipere, ut servi tui eidem Genitrici tuae oratione et operatione fideliter mancipiati ad te pervenire,

aeternamque in coelis coronam obtinere mereantur.
Qui vivis et regnas cum Deo Patre
in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia
saecula saeculorum.

R) Amen.

Il Padre fa la consegna della corona con la medaglia, della immagine, del libro degli Esercizi di S. Ignazio, del trattato della vera divozione del B. Grignion de Montfort.

Filioli, accipite numisma et coronam B.
M. Virginis, ut sciatis tantae Matris esse
mancipia, et per mysteria, quae ore et corde
recoletis, vobis januam pateant coeli. In
Nomine Patris + et Filii et Spiritus Sancti.
Amen.

Ogni giovane si presenta a toccare la corona con la medaglia, l'immagine, il trattato della vera divozione e gli Esercizi di S. Ignazio, facendo le debite genuflessioni e rispondendo:

R) Deo gratias.

Quindi i giovani si inginocchiano e recitano il Salmo 140.

Ant. Domine clamavi ad te, exaudi me.

SALMO 140.

Domine clamavi ad te, exaudi me: *
intende voci meae, cum clamavero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incenso in

conspectu tuo: * elevatio manuum mearum
sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo: * et
ostium circumstantiae labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ,
* ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniqitatem: * et non
communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia et
increpabit me: * oleum autem peccatoris non
impinguet caput meum.

Quoniam adhuc et oratio mea in
beneplacitis eorum: * absorpti sunt juncti petrae
judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: *
sicut crassitudo terrae erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum:
* quia ad te Domine, Domine, oculi mei: in
te speravi, non auferas animam meam.

Custodi me a laqueo, quem statuerunt
mihi: * et a scandalis operantium
iniqitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores: *
singulariter sum ego donec transeam.

Gloria Patri etc.

Ant. Domine clamavi ad te, exaudi me.

*Finito il Salmo, recitano i seguenti
responsorii.*

V) Ecce elongavi fugiens.

R) Et mansi in solitudine.

V) Qui habitat in adjutorio Altissimi.

R) In protectione Dei Coeli
commorabitur.

V) Unam quaesivi a Domino, hanc
requiram.

R) Ut inhabitem in domo Domini, omnibus
diebus vitae meae.

V) Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

R) Sicut erat in principio et nunc et semper
et in saecula saeculorum. Amen.

*Il Padre siede ed i novizi si alzano. Il
lettore dice:*

Pater, introduc manu filios tuos ad
pietatem.

Il Padre lo tocca a nome di tutti e dice:

Filioli, servi Mariae estis: ipsi coelesti
Matri vos ipsos integros dicate: ipsi subditi
estote, Jesum in Nazarethana domo fideliter
imitantes: ab Ipsa, cum Ipsa, per Ipsam
quodcumque agitis agite. Oboedite praepositis
vestris mente, corde, ore et opere, quia
pro animabus vestris rationem reddent, et
victoriam consequemini. Oratione instate,
nunquam deficiatis: quidquid orantes petitis
Pater Coelestis dabit vobis. Confortamini in
gratia Iesu Christi. Orate pro omnibus in
omni loco. Servate vos castos. Docibiles
estote, Spiritum humilitatis Cordis Divini
Magistri amate; quia Deus humilia respicit et
humilibus dat gratiam. Conscientiam bonam
habete. Profana et vaniloquia, stultas et sine
disciplina quaestiones, ineptas et aniles
fabulas devitate. Sapientia hujus mundi
stultitia est apud Deum. Juvenilia desideria fugite:

sectamini vero justitiam, fidem, spem,
charitatem, patientiam, mansuetudinem. Laborate
libenter, negotiis secularibus vos non
implicantes, ut Domini placeatis, qui vos non
probavit. Nam et qui certat in agone non
coronatur, nisi legitime certaverit. Exercete
vos ipsos ad pietatem: pietas ad omnia
utilis est, promissionem habens vitae quae
nunc est et futurae. Attendite vobis, operi
et doctrinae: instate in illis, ut profectus
vester manifestus sit omnibus. Dominus
benedicat vos.

Benedictio Dei Omnipotentis, Patris, + et
Filii et Spiritus Sancti descendat super vos
et maneat semper.

R) Amen.

*Quindi i novizi fanno la consacrazione a
Maria colla formola del B. Grignon.*

O eterna ed incarnata Sapienza! O
Amabilissimo ed adorabilissimo Gesù, vero Dio e
vero uomo, Unigenito dell'eterno Padre e di
Maria sempre vergine! io vi adoro profondamente
nel seno e fra gli splendori del Padre
vostro durante l'eternità, e nel seno virgineo
di Maria, vostra degnissima madre, durante
il tempo della vostra Incarnazione.

Vi ringrazio che vi siete voluto annientare,
prendendo forma di schiavo, per trarmi dalla
crudele schiavitù del demonio; vi lodo e
glorifico di aver voluto vivere sottomesso in
ogni cosa a Maria, vostra santa Madre, a fine
di rendermi per suo mezzo vostro schiavo
fedele. Ma ohimè! ingrato ed infedele ch'io
sono, non ho mantenuto le promesse che vi

ho solennemente fatte nel mio Battesimo,
nè ho punto adempito ai miei obblighi. Io
non merito d'essere chiamato figliuolo vostro,
nè vostro schiavo; e, siccome non vi ha nulla
in me che non meriti le vostre ripulse e il
vostro sdegno, non oso più accostarmi da me
stesso alla vostra santissima ed augustissima
Maestà. Ricorro perciò all'intercessione della
vostra SS. Madre, che m'avete data per
Mediatriche presso di voi; e, per questo mezzo,
spero ottenere da voi la contrizione ed il
perdono dei miei peccati, insieme con
l'acquisto e la conservazione della Sapienza.

Ti saluto, dunque, Maria Immacolata, vivo
tabernacolo della Divinità, in cui nasosta
l'eterna Sapienza vuol essere adorata dagli
angeli e dagli uomini; ti saluto, Regina del cielo
e della terra, al cui impero soggiace tutto
ciò che è al disotto di Dio; ti saluto, sicuro
rifugio dei peccatori, la cui misericordia a
nessuno vien meno; esaudisci, te ne prego, i
desideri che ho della divina Sapienza, e
ricevi a tal fine i voti e le offerte che la mia
pochezza ti presenta.

Io,....., peccatore infedele, rinnovo
oggi e ratifico nelle tue mani i voti del mio
Battesimo. Rinunzio per sempre a Satana,
alle sue pompe e alle sue opere, e mi dò
interamente a Gesù Cristo, Sapienza
incarnata, per portare dietro a Lui la mia croce
tutti i giorni di mia vita. E, affinché io gli
sia più fedele che nel passato, ti scelgo
oggi, o Maria, alla presenza di tutta la Corte
celeste, per mia Madre e Padrona.

A te come uno schiavo, io abbandono e

consacro il mio corpo e l'anima mia, i miei beni interni ed esterni e il valore stesso delle mie buone opere passate, presenti e future, lasciandoti intero e pieno diritto di disporre di me e di tutto ciò che m'appartiene, senza veruna eccezione, a tuo piacimento, alla maggior gloria di Dio, nel tempo e nell'eternità.

Accogli, Vergine benigna, questa piccola offerta della mia schiavitù, a onore e in unione della sommissione che l'eterna Sapienza si compiacque di avere alla tua Maternità; in ossequio al potere che avete entrambi sopra questo vermicattolo e miserabile peccatore, in ringraziamento dei privilegi di cui la SS. Trinità ti volle dotare. Protesto che d'ora innanzi io voglio, qual tuo vero schiavo, cercare l'onor tuo ed ubbidirti in tutto.

O Madre ammirabile, presentami al caro tuo Figliuolo, siccome suo eterno schiavo, affinché, avendomi Egli riscattato per mezzo tuo, pure per mezzo tuo mi riceva. O Madre di misericordia, fammi la grazia di ottenere la vera Sapienza di Dio, e mettimi a tal fine nel numero di coloro che tu ami, istruisci, dirigi, nutri e proteggi come tuoi figli e schiavi tuoi. O Vergine fedele, rendimi in ogni cosa un sì perfetto discepolo, imitatore e schiavo dell'incarnata Sapienza, Gesù Cristo, tuo Figliuolo, ch'io giunga, per la tua intercessione e a tuo esempio alla pienezza dell'età sua qui in terra e della sua gloria lassù nel Cielo. Così sia.

*Poi si dà la Benedizione privata col SS.
Sacramento.*

**Rituale
per la Vestizione Religiosa.**

I giovani si dispongono negli appositi banchi, indi si alzano in piedi e stanno con divozione e in ispirito di profonda umiltà. Uno legge la supplica:

Reverendissime Pater,

Rogamus te propter amorem Dei, Matris Nostrae Mariae, Reginae Apostolorum, Sancti Pauli Apostoli et omnium Sanctorum, quatenus nos ad habitum Piae Societatis Sancti Pauli admittere digneris: ad agendum poenitentiam emendandam vitam, Deoque fideliter serviendum.

Il Padre risponde:

Deo gratias! e rivolge loro un piccolo discorso. Indi, rivolto verso l'altare, continua:

V) Dominus vobiscum.
R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus indulgentiae Pater, qui severitatem tuae distinctionis temperans, indulisti, ne filius portet iniquitatem patris; et qui mira dispensatione, etiam malis bene utens, tuae

dignationis gratiam per eos frequenter
operaris: quae sumus clementiam tuam ut his
famulis tuis non obsistat, quod habitum
Congregationis, per nos, tanta ac tali re indignos
accipiunt; sed ministerium, quod exterius
per nos exhibetur, tu interius per donum
Spiritus Sancti exsequaris. Per Dominum
nostrum Jesum etc.

R) Amen.

*I giovani si appressano all'Altare, tenendo
ciascuno sul braccio sinistro l'abito, la fascia,
la cotta. Il Padre li benedice:*

- V) Adiutorium nostrum in nomine Domini.
R) Qui fecit coelum et terram.
V) Sit nomen Domini benedictum
R) Ex hoc nunc et usque in saeculum.
V) Domine exaudi orationem meam.
R) Et clamor meus ad te veniat.
V) Dominus vobiscum.
R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS. (*Super vestimenta*).

Domine Jesu Christe, qui tegumen nostrae
mortalitatis induere dignatus es,
obsecramus immensam tuae largitatis abundantiam,
ut hoc genus vestimenti, quod sancti
Pares ad innocentiae et humilitatis indicium,
abrenunciantes huic saeculo ferre sanxerunt:
ita bene+dicere digneris, ut hi famuli tui, qui
Piae Societatis habitum, piae devotionis
affectu, assumere intendunt te intus veraciter
induere mereantur. Qui vivis et regnas in
unitate etc.

R) Amen.

OREMUS. (*Super cingulum*).

Deus, qui ut servus redimeres, Filium
tuum per manus impiorum ligari voluisti,
bene+dic, quae sumus, cingula ista, et
praesta, ut famuli tui, qui eis velut ligamine
poenitentiali sui corporis cingentur, vinculorum
eiusdem Domini Nostri Jesu Christi perpetuo
memores exsistant, et in Ordine quem
assumunt, constanter perseverent tuisque eum
effectu semper obsequiis se alligatos esse
cognoscant. Per eumdem Dominum
nostrum etc.

R) Amen.

*Si aspergono indi tre volte i giovani e le
vestimenta, dicendo (il Padre):*

Ant. Asperges me, Domine, hyssopo, et
mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor

Intona, dopo, il Veni Creator.

HYMNUS.

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quae tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritualis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternae dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus:
Infunde amorem cordibus:

Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te praevio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In saeculorum saecula. Amen.

Finito il quale soggiunge:

V) Emitte Spiritum tuum et creabuntur.
R) Et renovabis faciem terrae.

OREMUS.

Deus misericors, Deus clemens, cui
cuncta bona placent, sine quo nihil boni
incohatur, nihilque boni perficitur: adsint nostris
humillimis precibus tuae pietatis aures; et
hos famulos tuos, quibus in tuo sancto
nomine habitum Piae Societatis imponimus, a
mundi impedimento, vel saeculari desiderio
defende; et concede eis ut in hoc sancto
proposito devote persistere et remissione
peccatorum percepta, ad electorum tuorum
valeant pervenire consortium. Per
Dominum

R) Amen.

E qui il Padre veste il primo dicendo a voce intelligibile:

Quando lo spoglia,

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.

R) Amen.

Quando gli mette l'abito,

Induat te Dominus novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.

R) Amen.

Quando gli mette il cingolo,

Praecingat te Dominus cingulo puritatis et extinguat in lumbis tuis humorem libidinis, ut maneat in te virtus continentiae et castitatis. Per Christum Dominum nostrum.

R) Amen.

Quando gli mette la cotta,

Dealbet te Dominus et mundet cor tuum ut in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruaris sempiternis.

R) Amen.

Vestito il primo, passa il secondo e così per gli altri.

Finita la vestizione si recita:

V) Salvos fac servos tuos.

R) Deus meus, sperantes in Te.

V) Mitte eis Domine auxilium de sancto.

- R) Et de Sion tuere eos.
V) Nihil proficiat inimicus in eis.
R) Et filius iniquitatis non apponat nocere
eis.
V) Domine exaudi orationem meam.
R) Et clamor meus ad te veniat.
V) Dominus vobiscum.
R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Maiestatem tuam, Domine, suppliciter
exoramus ut famulos tuos, quibus de tua gratia
praesumentes nostrae Congregationis habitum
imposuimus: digneris inter discipulos
tuos virtute ex alto induere, justitiae lorica
munire, et salutis protegere vestimento, ut
intercedente Sancto Paulo Apostolo tuo, sub
humilitatis veste tibi perseveranter deservientes
ad stolam immortalitatis et gloriae pervenire
mereantur. Per Dominum nostrum etc.

R) Amen.

Si canta allora il Salmo 15:

SALMO 15.

Conserua me Domine, quoniam speravi in
te. * Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam
bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit
omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitates eorum: * postea
acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de

sanguinibus: * nec memor ero nominum
eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis
mei: * tu es, qui restitues hæreditatem meam
mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: * etenim
hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi
intellectum: * insuper et usque ad noctem
increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo
semper: * quoniam a dextris est mihi, ne
commovear.

Propter hoc laetatum est cor meum, et
exultavit lingua mea: * insuper et caro mea
requiescat in spe.

Quoniam non derelinques animam meam
in inferno: * nec dabis sanctum tuum videre
corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitae, adimplebis
me laetitia cum vultu tuo: * delectationes in
dextera tua usque in finem.

Gloria Patri etc.

V) Confirma hoc Deus quod operatus
es in nobis.

R) A templo sancto tuo, quod est in
Ierusalem.

V) Dignare me laudare te Virgo Sacrata.

R) Da mihi virtutem tuam contra hostes
tuos.

V) Ora pro nobis, Sancte Paule Apostole.

R) Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

OREMUS .

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus
illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu
recta sapere et de eius semper consolationibus
gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæsumus,
Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate
gaudere et gloriosa beatæ Mariæ semper
Virginis intercessione, a præsenti liberari
tristitia et aeterna perfrui lætitia.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli
Apostoli praedicatione docuisti: da nobis,
quaesumus, ut cuius commemorationem
colimus, eius apud te patrocinium sentiamus.

Per Dominum....

R) Amen.

V) Dominus vobiscum.

R) Et cum spiritu tuo.

V) Benedicamus Domino.

R) Deo gratias.

Il Padre allora dà la Benedizione:

Benedictio Dei omnipotentis, Patris + et Filii
et Spiritus Sancti descendat super vos et
maneat semper.

R) Amen.

**De Ritu servando
in emittendis Sacris Votis
apud P. Societatem Albens.
S. Pauli Apostoli.**

*Exposito SS. Sacramento, Superior
induitur alba, stola ac pluviali albi coloris,
circumflectentibus omnibus vota
nuncupaturis.*

HYMNUS.

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quae tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternae dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus:
Infunde amorem cordibus:
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te prævio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,

Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In saeculorum saecula. Amen.

V) Emitte Spiritum tuum et creabuntur.
R) Et renovabis faciem terrae.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus
illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu
recta sapere, et de ejus semper consolatione
gaudere. Per Dominum..... in unitate
eiusdem....

R) Amen.

*Expleto cantu hymni Veni Creator cum
oratione, Praesul ascendit in cornu Epistolae,
apertoque Missali in die festo S. Pauli
Apostoli, unus ex vota nuncupaturis stans,
quae infra describitur, formulam legit:*

Reverendissime Pater,

Nos, filii tui indignissimi, ut exemplum ac
praecepta sectemur B. Pauli Apostoli
virginitatem per omnem vitam colentis atque
dicentis: Velim ut omnes sinit ut ego sum,
qui gratia voceque Domini mirabiliter
percitus, exclamavit: *Domine, quid vis ut
faciam?* Qui pariter Evangelium, ipsomet
Christo Magistro edoctus, omnibus oboedientiam
praepositis maxime commendavit, suis ipse
manibus victum comparavit, eosque thesauros

in coelis thesaurizare docuit, atque humili ac
sincera devotione Apostolorum Principem
jugiter veneratus, ecclesiis paecepit:
Fundamentum aliud nemo ponere potest, quam
quod positum est;

A Te humillime postulamus

ut nos admittere digneris ad suave jugum
votorum castitatis, oboedientiae, paupertatis
et Romano Pontifici fidelitatis, atque ut
vestigiis inhaereamus ejusdem B. Patris nostri
qui Praedicatoris veritatis et doctoris Gentium,
discipulos suos verbum praedicare
iussit;

Promittimus

nos divino praedicando verbo vitam devoturos
nostram expeditioribus atque uberioribus
mediis usos, per recentiora tempora nobis
suppeditatos, in primisque

LA BUONA STAMPA.

Sic Deus Omnipotens nos juvet atque
benedicat! Amen!

Filii tui obsequentissimi.

Sacerdos sciscitatur adstantes:

Filii dilectissimi, dignine estis,
vicesque vestrae sufficient ad votorum onera
sacrorum?

*Respondet qui formulam supplicatoriam
legit:*

Egidem, Pater, infirmi sumus valde,
sed qui vocavit nos Deus, Ipse perficiet,

confirmabit solidabitque potentia et misericordia
Christi confisos, dicentis: quodcumque
petieritis Patrem in Nomine meo dabit vobis!

Pater respondit: Deo gratias!

Ite deinde alloquitur postulantes:

Fili carissimi, vota religiosa postulantes,
bonum opus desideratis; votum enim est vinculum
religionis et charitatis. Sed iterum atque
iterum considerare debetis attente quod onus
hodie ultro appetitis. Christus Redemptor et
Magister vobis imitandus est, glorificando et
portando Deum in corpore vestro, sicut Beatus
Paulus Apostolus semper mortificationem
Jesu in corpore suo circumferebat, ita ut
vita Jesu manifestaretur in corpore suo et cor
Pauli cor Christi esset, et dicere posset:
Vivo... jam non ego; vivit vero in me
Christus.

Unum esse debetis sicut Christus et Pater
unum sunt; nam virtus vestra in chatolicitate
perficitur. Fili dilectissimi, hactenus
liberi estis, licetque vobis pro arbitrio ad
saecularia vota transire; quod si religiosa
vota professi eritis amplius non licebit a
proposito resilire. Sed Deo, cui servire regnare
est, perpetuo famulari. Sed ecce Deus
vobiscum est, et si habueritis fidem sicut
granum synapis, nihil impossibile erit vobis.

Proinde, dum tempus habetis, cogitate et
si in sancto proposito perseverare placet, in
nomine Domini huc accedite.

*Accedunt; omnibusque genuflectentibus,
Superior pariter genuflectit et recitat, vel canit:*

Kyrie, eleison.	
Christe, eleison.	
Kyrie, eleison	
Christe, audi nos.	
Christe, exaudi nos.	
Pater coelis Deus,	miserere nobis.
Fili, Redemptor mundi Deus	»
Spiritus Sancte Deus,	»
Sancta Trinitas unus Deus,	»
Sancta Maria,	ora pro nobis
Sancta Dei Genitrix,	»
Sancta Virgo Virginum,	»
Mater purissima,	»
Mater castissima,	»
Virgo fidelis,	»
Virgo prudentissima,	»
Rosa mystica,	»
Regina Virginum,	»
Regina Apostolorum,	»
Sancte Petre,	»
Sancte Paule,	»
Sancte Andrea,	»
Sancte Jacobe,	»
Sancte Joannes,	»
Sancte Thoma,	»
Sancte Philippe,	»
Sancte Bartholomee,	»
Sancte Matthaei,	»
Sancte Simon,	»
Sancte Thaddaei,	»
Sancte Matthiae,	»

*(In prima votorum emissione invocatur etiam Sanctus
cujus nomen usurparetur).*

V) Jesu Magister, Via, Veritas, et Vita.

R) Miserere nobis.

V) Regina Apostolorum.

R) Ora pro nobis.

V) S. Paule Apostole, praedicator veritatis
in universo mundo.

R) Intercede pro nobis ad Deum qui te
elegit.

V) Requiem aeternam, dona eis, Domine.

R) Et lux perpetua luceat eis.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi
commissum pietate superna, illumina,
custodi, rege, gubernia. Amen.

V) Cor Iesu sacratissimum.

R) Miserere nobis.

O Salutaris Hostia, quae coeli pandis
ostium, bella praemunt hostilia, da robur, fer
auxilium.

V) Gloria Patri, et filio, et Spiritui Sancto.

R) Sicut erat in principio et nunc et semper
et in saecula saeculorum. Amen.

V) Memento Domine congregationis tuae.

R) Quam possedisti ab initio.

V) Dominus pars haereditatis meae et
calicis mei.

R) Tu es qui restitues haereditatem meam
mihi.

V) Quam dilecta Tabernacula tua,
Domine.

R) Concupiscit et deficit anima mea in
atriis tuis.

V) In Te, Domine, speravi.

R) Non confundar in aeternum.

V) Conserva me, Domine.

R) Quoniam speravi in Te.

V) Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion.

R) Non commovebitur in aeternum.

V) Quis ascendet in montem Sanctum Domini?

R) Innocens manibus et mundo corde.

V) Beati mundo corde.

R) Quoniam ipsi Deum videbunt.

V) Christus factus est oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

R) Et per Ejus oboeditionem justi constituti sunt multi.

V) Si quis vult venire post me.

R) Abneget semetipsum.

V) Qui non renuntiat omnibus quae possidet.

R) Non potest meus esse discipulus.

V) Qui non odit patrem suum et matrem et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam.

R) Non potest meus esse discipulus.

V) Nolite portare sacculum, neque peram, neque pecuniam.

R) Dignus est enim operarius mercede sua.

V) Tu es Petrus.

R) Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

V) Euntes docete omnes gentes.

R) Praedicate Evangelium omni creaturae.

V) Vas electionis est mihi Saulus.

R) Ut portet nomen meum coram gentibus et regibus.

V) Thesaurizate vobis thesaurum in coelis.

R) Ubi neque aerugo, neque tinea demoliuntur.

- V) Unum sitis.
R) Sicut ego et Pater unum sumus.
V) In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.
R) In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.
V) Redemisti nos, Domine, Deus veritatis.
R) Commendo spiritum meum.
V) Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
R) In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.
V) Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi.
R) Sub umbram alarum tuarum protege nos.

Sedet deinde Praesul, surgentibusque omnibus vota emissuri, laeva manu super Evangelium, dextera in manibus Superioris pariter deposita, sacra vota nuncupant hac usi formula:

Ad honorem SS. Trinitatis,
Immaculatae Deiparae Virginis Mariae
Reginae Apostolorum et B. Pauli
Apostoli, et omnium Sanctorum ad majorem
santificationem animae meae et
proximi mei, Deo auxiliante, me totum
Deo trado, dono et offero, profiteor
vota castitatis, paupertatis et oboedientiae
ac Romano Pontifici fidelitatis quoad apostolatum
ad (annum - vitam) in vita communi secundum

constitutiones et regulas Piae Societatis
Sancti Pauli Apostoli.

Clericus addet:

Item promitto non ambiendi nec
acceptandi ecclesiasticas dignitates nisi
ex oboedientia.

Pater respondit:

Et ego, si fidelis perseveraveris,
nomine Dei tibi promitto quod
centuplum accipies et vitam aeternam
possidebis. Et ut votorum semper sis
memor nomen novum tibi impono. Ex
nunc tu vocaberis...

*(Ultima verba ad novos tantum versus
profitentes Pater dicit).*

*Deinde dat singulis, osculantibus ei
manum, benedictionem et imaginem. Unusquisque
ad locum suum reddit. Quibus finitis, Pater
surgit et genuflectit. Dicuntur sequentes
orationes:*

- V) Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R) Qui fecit coelum et terram.
- V) Domine exaudi orationem meam.
- R) Et clamor meus at te veniat.
- V) Dominus vobiscum.
- R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

1. Domine Jesu Christe, Magister bone,
qui dixisti: Qui sequitur me, non
ambulat in tenebris, et B. Paulum Apostolum
in Ministerium Tibi segregasti, miserere
servis tuis et præsta ut religionis votis tibi
fideliter adherentes, mente, corde, viribus
totis Deo serviamus et gaudia æterna
consequamur. Qui vivis et regnas cum Deo etc.

R) Amen.

2. Domine Jesu Christe, lilyum quod
pascitur inter spinas, qui dixisti: Beati mundo
corde, et qui B. Paulo Apostolo Virginem
et custodem Virginum effecisti, miserere
servis tuis et præsta, ut immaculato
corpore et spiritu tibi famulantes a te
diligamus et Agnum quocumque ierit sequamur
in coelis. Qui vivis et regnas cum Deo etc.

R) Amen.

3. Domine Jesu Christe, factus obœdiens
usque ad mortem, qui dixisti: Non
mea, Pater, sed tua voluntas fiat, et Beatum
Paulum Apostolum perfectum tuae voluntatis
executorem formasti; miserere servis tuis et
praesta, ut mente, corde, ore et opere plene
parentes, victoriam semper loquamur. Qui
vivis etc.

R) Amen.

4. Domine Jesu Christe, non habens
petram ubi caput reclinares, qui mittens
Apostolos præcepisti: Ite sine sacculo et sine pera,
et B. Paulo Apostolo per manus suas alimenta
praeparasti, miserere servis tuis et præsta,

ut nobis et omnibus renuntiantes sub tua
providentia plena fide vivamus et veri tui
discipulii efficiamur. Qui vivis et regnas etc.

R) Amen.

5. Domine Jesu Christe, Petra Ecclesiæ,
qui B. Petro Apostolo dixisti: Pasce agnos
meos, et oves meas, et B. Paulum Apostolum
in unitatis Ecclesiæ ministerium elegisti,
principique Apostolorum fraterna charitate
junxisti, miserere servis tuis et præsta, ut
Romano Pontifici religionis voto totaliter
subiecti, multas oves ad te ducamus, et in ovili
tuo cœlesti mereamur eternam ducere vitam.
Qui vivis et regnas cum Deo Patre etc.

R) Amen.

*Pater surgit et mox conversus ad
profiteentes dicit:*

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne
Deus bene+dicere dignare hos famulos tuos;
Pater Sancte, serva eos in nomine tuo quos
dedisti mihi ut sint unum sicut tu et Christus
tuus. Requiescat super eos Spiritus sapientiæ
et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis,
Spiritus scientiæ et pietatis, et repleas eos
Spiritu timoris tui; et eos in ministerio tuo
confirmes ut oboedientes facto ac dicto parentes,
tuam gratiam consequantur. Per Dominum.....

R) Amen.

*Pater sedet et admonet Profitentes coram
eo stantes, dicens:*

Filii carissimi, hæc est dies quam vobis
fecit Dominus: Exultate et lætemini in ea; haec

sunt dies quos nunquam delebit oblivio.
Hodie mundo mortui estis et cum Christo
resurrexistis: accipietis ergo benedictionem a
Domino et misericordiam a Deo salutari suo,
quia de generatione estis quaerentium
Dominum; mementote autem quia servi inutiles
estis. Certate bonum certamen fidei,
apprehendite vitam æternam, in qua vocati estis
et confessi estis bonam confessionem coram
multis testibus, cursum consummate,
perseverate usque in finem; si legitime certaveritis
duplici corona justitiae coronabimini;
quoniam qui laborat verbo et doctrina duplci
honore dignus habetur et qui fecerit et
docuerit magnus vocabitur in regno coelorum.
Filioli, diligite alterutrum, unum estote,
quoniam unum corpus sumus in Christo.
Confidite in Domino, dixit enim: quoniam
in me speravit, liberabo eum, protegam eum,
clamabit ad me et ego exaudiam eum, eripiam
eum, et glorificabo eum.

Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis
omnia et secuti estis me, centuplum
accipietis et vitam aeternam possidebitis.

*Denique Pater dat osculum pacis
unicuique profitentium, qui sua quisque
repetunt loca. Praesule interim sacris se induente
vestibus, et Missam coram Santissimo
celebrante, cunctisque communicantibus.*

*Benedictionem demum impartitur Praesul,
commendatione per Patrem consequente.*

**Rituale
per la Vestizione Religiosa dei
discepoli.**

I giovani si dispongono negli appositi banchi, indi si alzano in piedi e stanno con divozione e in ispirito di profonda umiltà. Uno legge la supplica:

Reverendissimo Padre,

Vi preghiamo, per amor di Dio, di Maria SS. Regina degli Apostoli Madre nostra, dell'Apostolo S. Paolo e di tutti i Santi, a volerci ammettere alla vestizione dell'abito della Pia Società San Paolo: per assicurarci la salvezza dell'anima, emendare la nostra vita, progredire nella pratica delle virtù, riparare i peccati degli uomini, specialmente quelli che si commettono colla cattiva stampa, amare il Signore per quelli che lo odiano o non lo conoscono, e servirlo fedelmente come nostro Padrone e Signore.

Il Padre risponde:

Deo gratias! e rivolge loro un piccolo discorso insistendo particolarmente sull'ufficio di riparazione per i peccati in generale e per quelli della cattiva stampa in particolare, concludendo:

Siete dunque disposti, Figliuoli in Cristo dilettissimi, di abbracciare questa vita di

abnegazione e penitenza e di osservarne la S. Regola?

Risponde il giovane:

Siamo pronti e determinati fermamente, per amor di Gesù Cristo, Nostro Divin Maestro, di osservare in tutto la S. Regola. Conosciamo la nostra debolezza, ma confidiamo nell'aiuto del Padre nostro S. Paolo e nella materna misericordia di Maria SS. Regina degli Apostoli, e nell'aiuto delle preghiere e dei buoni esempi dei nostri fratelli.

Il Sacerdote, rivolto verso l'altare continua:

V) Domine, Deus virtutum, converte nos.
R) Ostende faciem tuam et salvi erimus.
V) Dominus vobiscum.
R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus indulgentiae Pater, qui severitatem tuae distinctionis temperans, indulisti, ne filius portet iniquitatem patris; et qui mira dispensatione, etiam malis bene utens, tuae dignationis gratiam per eos frequenter operaris: quae sumus clementiam tuam ut his famulis tuis non obsistat, quod habitum Congregationis, per nos, tanta ac tali re indignos, accipiunt; sed ministerium, quod exterius per nos exhibetur, tu interius per donum Spiritus Sancti exequaris. Per Dominum nostrum Jesum etc.

R) Amen.

I Giovani si appressano all'altare, tenendo ciascuno sul braccio sinistro l'abito, il cingolo e la corona. Il Padre li benedice:

V) Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R) Qui fecit cœlum et terram.

V) Sit nomen Domini benedictum.

R) Ex hoc nunc et usque in sæculum.

V) Domine exaudi orationem meam.

R) Et clamor meus ad te veniat.

V) Dominus vobiscum.

R) Et cum spiritu tuo.

Benedizione della veste e del mantello.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuae largitatis abundantiam, ut hoc genus vestimenti, Sanctissimo Redemptionis emblemate signatum, quod sancti Patres ad innocentiae, poenitentiae et humilitatis indicium, abrenunciantes huic sæculo ferre sanxerunt: ita benedi+cere digneris, ut hi famuli tui, qui Piæ Societatis habitum, piæ devotionis affectu, assumere intendunt, te intus veraciter induere mereantur. Qui vivis et regnas in unitate etc.

R) Amen.

Benedizione della cintura.

OREMUS .

Deus, qui ut servos redimeres, Filium tuum per manus impiorum ligari voluisti, bene+dic,

qæsumus, cingula ista, et praesta, ut farmuli tui,
qui eis velut ligamine pœnitentialis sui
corporis cingentur, vinculorum ejusdem
Domini Nostri Jesu Christi perpetuo memores
exsistant, et in ordinem quem assumunt,
constanter perseverent tuisque cum affectu
semper obsequis se alligatos esse cognoscant.
Per eumdem Dominum Nostrum etc.

R) Amen.

Benedizione della corona.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui propter nimiam
charitatem qua dilexisti nos, de Beatissimæ
Virginis Mariæ utero, Angelo nuntiante,
carnem suscipere voluisti, cruce atque
mortem subire, et tertia die gloriose a mortuis
resurgere, qui discipulos tuos orare docuisti,
oramus immensam clementiam tuam, ut hæc
signa rosarii in honorem et laudem ejusdem
Genitricis tuae bene+dicere et santif+icare
digneris et orationes famulorum tuorum
suscipere ut eorum oratio et operatio a Te
semper incipient, et a Te cœpta finiantur, et
aeternam in cœlis coronam obtinere mereantur. Qui
vivis et regnas etc.

R) Amen.

*Si aspergono indi tre volte i giovani e le
vestimenta, dicendo (il padre):*

Ant. Asperges me, Domine, hyssopo et
mundabor, lavabis me, et super nivem
dealbabor.

Intona dopo il VENI CREATOR.

HYMNUS.

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quae tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternae dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus:
Infunde amorem cordibus:
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te praevio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio qui a mortuis
Surrexit ac Paraclito,
In saeculorum saecula. Amen.

Finito il quale soggiunge:

- V) Emitte Spiritum tuum et creabuntur.
R) Et renovabis faciem terrae.

OREMUS.

Deus misericors, Deus clemens, cui
cuncta bona placent, sine quo nihil boni
incohatur nihilque boni perficitur: adsint nostris
humillimis precibus tuae pietatis aures; et
hos famulos tuos, quibus in tuo sancto
nomine habitum Piae Societatis imponimus, a
mundi impedimento, vel saeculari desiderio
defende; et concede eis ut in hoc sancto
proposito devote persistere et remissione
peccatorum percepta, ad electorum tuorum
valeant pervenire consortium. Per
Dominum.....

R) Amen.

*E qui il Padre veste il primo dicendo a
voce intelligibile:*

Quando lo spoglia:

Exuat te Dominus veterem hominem cum
actibus suis. R) Amen.

Quando gli mette l'abito:

Induat te Dominus novum hominem qui
secundum Deum creatus est in justitia et
sanctitate veritatis.

R) Amen.

Quando gli mette il cingolo:

Praecingat te Dominus cingulo puritatis
et extinguat in lumbis tuis humorem libidinis,
ut maneat in te virtus continentiae et
castitatis. Per Cristum Dominum nostrum.

R) Amen.

Quando gli porge la corona:

Accipe, filii, coronam B. M. Virginis, ut scias semper orare, et mysteria quæ ore et corde recoles, tibi januam pateant Cœli. Per Christum Dominum Nostrum.

R) Amen.

Vestito il primo, passa il secondo e così per gli altri.

Finita la vestizione si recita:

- V) Salvos fac servos tuos.
- R) Deus meus, sperantes in Te.
- V) Mitte eis Domine auxilium de sancto.
- R) Et de Sion tuere eos.
- V) Nihil proficiat inimicus in eis.
- R) Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
- V) Domine exaudi orationem meam.
- R) Et clamor meus ad te veniat.
- V) Dominus vobiscum.
- R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Maiestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus ut famulos tuos, quibus de tua gratia praesumentes nostræ Congregationis habitum imposuimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, justitiae lorica munire, et salutis protegere vestimento, ut intercedente Sancto Paulo Apostolo tuo, sub humilitatis veste tibi perseveranter deservientes, ad stolam immortalitatis et gloriae pervenire mereantur. Per Dominum nostrum etc.

R) Amen.

Si canta allora il Salmo 15:

SALMO 15.

Conserua me, Domine, quoniam speravi in te. * Dixi Domine: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatae sunt infirmitatis eorum: * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei: * tu es, qui restitues aereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: * etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: * insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper: * quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum et exultavit lingua mea: * insuper et caro mea requiscet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: * delectationes in dextera tua usque in finem.

Gloria Patri etc.

V) Confirma hoc Deus quod operatus es
in nobis.

R) A templo sancto tuo, quod est in
Jerusalem.

V) Adoramus te, Christe, et benedicimus
tibi.

R) Quia per sanctam Crucem et mortem
tuam redemisti mundum.

V) Dignare me laudare te Virgo Sacrata.

R) Da mihi virtutem tuam contra hostes
tuos.

V) Ora pro nobis, Sancte Paule Apostole.

R) Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

OREMUS.

Deus qui nos inclyta passione Filii tui
per viam Crucis ad æternam gloriam pervenire
docuisti: concede propitius; ut quem
piis ad Calvariæ locum sociamus affectibus,
in suis etiam triumphis perpetim
subsequamur.

Deus, in cuius passione, secundum Simeonis
prophetiam, dulcissimam animam gloriosæ
Virginis et Matris Mariæ doloris gladius
pertransivit: concede propitius; ut, qui transfixionem
ejus et passionem venerando
recolimus, gloriosis meritis et precibus omnium
sanctorum cruci fideliter astantium
intercedentibus, passionis tuæ effectum felicem
consequamur.

Deus, qui multitudinem gentium Beati
Pauli Apostoli predicatione docuisti: da nobis,
quæsumus, ut cuius commemorationem

colimus, ejus apud te patrocinium sentiamus.
Per Dominum.....

- R) Amen.
- V) Dominus vobiscum.
- R) Et cum Spiritu tuo.
- V) Benedicamus Domino.
- R) Deo gratias.

Il Padre allora dà la Benedizione:

Benedictio Dei omnipotentis, Patris + et Filii et
Spiritus Sancti descendat super vos et maneat semper.
R) Amen.

*In fine si recita la preghiera d'offerta della
S. Messa.*

Signore, io vi offro in unione con tutti i
Sacerdoti che oggi celebrano la Santa Messa,
la Vittima Divina, Gesù Ostia e me stesso,
piccola vittima:

1. In riparazione delle innumerevoli
bestemmie, errori ed oscenità che si stampano in tante
tipografie da cui ogni giorno esce un fiume
di carta, che allaga il mondo come
torrente putrido:

2. Per invocare la vostra misericordia sugli
innumerevoli lettori, perversi o innocenti, che
la stampa scandalosa strappa dal vostro Cuore
di Padre, assetato di anime:

3. Per la conversione di tanti scrittori e
stampatori, ciechi ministri di satana, falsi
maestri che hanno alzato cattedra contro il Divin
Maestro, avvelenando ogni insegnamento,
il pensiero umano e le sorgenti dell'umana
attività:

4. Per onorare, amare, ascoltare
unicamente Colui, che Voi, o Padre Celeste, nel
Vostro gran Cuore avete dato al mondo
proclamando: «Questo è il mio Figlio
diletto: Lui ascoltate»:

5. Per conoscere che solo Gesù è perfetto
Maestro: cioè la Verità che illumina,
la Via o il modello di ogni santità, la Vita
vera dell'anima cioè grazia santificante:

6. Per ottenere che si moltiplichino nel
mondo i Sacerdoti, i Religiosi, le Religiose,
consacrati a diffondere la dottrina di Gesù
a mezzo della stampa:

7. Perché gli scrittori ed operai di questa
stampa siano santi, pieni di sapienza e
di zelo, per la gloria di Dio e per le
anime:

8. Per domandarvi che la stampa cattolica
prosperi, sia diffusa, aiutata e si moltipichi,
innalzando la sua voce così da coprire
l'inebriante e trascinante strepito della stampa
perversa:

9. Perchè tutti noi conosciamo la nostra
ignoranza e miseria, e il bisogno di starcene
sempre coll'occhio supplichevole ed a capo
chino innanzi al vostro Santo Tabernacolo,
o Signore, invocando luce, pietà, misericordia.

**Benedictio personae
in honorem S. Pauli Apostoli.**

V) Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R) Qui fecit cœlum et terram.

Pater noster etc.

Ant. Sancte Paule Apostole, prædicator
veritatis et Doctor Gentium, intercede pro
nobis ad Deum qui te elegit.

V) Jesu Magister, Via, Veritas et Vita.

R) Miserere nobis.

V) Regina Apostolorum.

R) Ora pro nobis.

V) Sancte Paule Apostole.

R) Ora pro nobis.

V) Domine, exaudi orationem meam.

R) Et clamor meus ad te veniat.

V) Dominus vobiscum.

R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cuius Unigenitus Jesus Christus
Dominus Noster dixit: Quodcumque petieritis
Patrem in nomine meo, hoc faciam; quique
B. Paulo Apostolo mirabili spiritualium et
corporalium curationum dono ornasti;

bene+dic, quæsumus, hunc famulum tuum ut,
eodem B. Paulo Apostolo intercedente, a
cunctis animaæ et corporis languoribus
liberetur et, quidquid ad animæ suæ utilitatem
postulaverit, benignus concede. Per eumdem
Christum Dominum Nostrum.

R) Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Per intercessionem B. Pauli Apostoli,
Benedictio Dei Omnipotentis, Patris, + Filii et
Spiritus Sancti descendat super te et maneat
sempre.

R) Amen.

**Benedictio et impositio
Scapularis et emblematis
S. Pauli Apostoli
Protectoris proeli apostolatus.**

*Suscepturnus Scapulare genuflectit; et
Sacerdos, indutus superpelliceo et stola rubri
coloris, dicit:*

- V) Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R) Qui fecit coelum et terram.
V) Dominus vobiscum.
R) Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui tegumen nostræ
mortalitatis induere dignatus es, tuæ largitatis
clementiam humiliter imploramus: ut hoc genus
vestimenti, quod in honorem et memoriam
S. Pauli Apostoli, nec non ut illo induti
exorent ad Proeli Apostolatus incrementum,
institutum fuit, bene+dicere digneris;
ut hic famulus tuus, qui eo usus fuerit,
eodem S. Paulo Apostolo intercedente, te
intus veraciter induere mereatur. Qui vivis et
regnas in sæcula sæculorum.

R) Amen.

Domine Jesu Christe, qui S. Paulum
Apostolum tuum Gentibus mittere dignatus es
Prædicatorem Evangelii; quem amore tui
ardentissimo, atque zelo animarum incendere
voluisti; quæsumus clementiam tuam ut hoc
emblema ejusdem S. Pauli Apostoli effigie
atque S. Cruce et Evangelii libro signatum
ita bene+dicere et sancti+ficare digneris, ut
hic famulus tuus, qui eo usus fuerit, exemplo
ipsius S. Pauli Apostoli, cognitionem et
amorem S. Evangelii tui zelare valeat, præsertim
præli apostolatu, oratione et vita
integerrima. Qui vivis etc.

R) Amen.

*Deinde aspergat Scapulare aqua benedicta,
illudque imponat simul cum emblemate,
dicens:*

Accipe, frater, Scapulare et emblema B.
Pauli Apostoli, præli Apostolatus Protectoris,
cujus vestigia persequens, Evangelii
propagationem zelare, et dupli corona in cœlo
coronari valeas.

R) Amen.

*Demum una vice cum adscripto dicat sive
latino sive vernaculo idiomate sequentes preces
jaculatorias:*

Jesu Magister, Via, Veritas, et Vita,
miserere nobis.

Regina Apostolorum, ora pro nobis.

S. Paule Apostole, protector noster, ora
pro nobis et pro præli apostolatu.

Indice

	<i>pag.</i>
Rituale per l'accettazione nei servi di Maria	5
Rituale per la vestizione Religiosa	21
Rituale per l'emissione dei voti	29
Rituale per la vestizione Religiosa dei discepoli	43
Benedictio personae in honorem S. Pauli Apostoli	57
Benedictio et impositio Scapularis et emblematis S. Pauli Apostoli protectoris proeli apostolatus	59